

EXAMEN VARIARUM LECTIONUM,
QUAS AD TEXTUM JESAIÆ HEBRÆUM
ALEXANDRINA VERSIO EXHIBET,

Cujus
PARTEM NONAM.

CONS. AMPL. FACULT. PHILOS. ABOËNS.

Modeste sicutunt

JACOBUS BONSDORFF,

S. S. Theol. Licentiat. & Adjunct. Ordin.

Et

DANIEL FREDERICUS ROSCHIER.

Wiburgensis.

IN AUDIT. MAJORI DIE I. DECEMBRIS MDCCCV.

h. a. m. s.

ABOËS
Typis FRENCKLLIANIS.

the author's name is not mentioned, but the
volume is dated 1710, and the title page
contains the following inscription:

THE HISTORY OF
THE CHURCH OF
ENGLAND
BY
JOHN LEECH,
CLERIC OF THE CHURCH OF ENGLAND,
AND MEMBER OF THE PARLIAMENT FOR
THE CITY OF LONDON.

THE EDITION OF 1710.
WITH A HISTORY OF THE CHURCH OF
ENGLAND, AND OF THE CHURCHES OF
SCOTLAND, IRELAND, AND WALES,
BY
JOHN LEECH,
CLERIC OF THE CHURCH OF ENGLAND,
AND MEMBER OF THE PARLIAMENT FOR
THE CITY OF LONDON.

THE EDITION OF 1710.
WITH A HISTORY OF THE CHURCH OF
ENGLAND, AND OF THE CHURCHES OF
SCOTLAND, IRELAND, AND WALES,
BY
JOHN LEECH,
CLERIC OF THE CHURCH OF ENGLAND,
AND MEMBER OF THE PARLIAMENT FOR
THE CITY OF LONDON.

THE EDITION OF 1710.
WITH A HISTORY OF THE CHURCH OF
ENGLAND, AND OF THE CHURCHES OF
SCOTLAND, IRELAND, AND WALES,
BY
JOHN LEECH,
CLERIC OF THE CHURCH OF ENGLAND,
AND MEMBER OF THE PARLIAMENT FOR
THE CITY OF LONDON.

THE EDITION OF 1710.
WITH A HISTORY OF THE CHURCH OF
ENGLAND, AND OF THE CHURCHES OF
SCOTLAND, IRELAND, AND WALES,
BY
JOHN LEECH,
CLERIC OF THE CHURCH OF ENGLAND,
AND MEMBER OF THE PARLIAMENT FOR
THE CITY OF LONDON.

THE EDITION OF 1710.
WITH A HISTORY OF THE CHURCH OF
ENGLAND, AND OF THE CHURCHES OF
SCOTLAND, IRELAND, AND WALES,
BY
JOHN LEECH,
CLERIC OF THE CHURCH OF ENGLAND,
AND MEMBER OF THE PARLIAMENT FOR
THE CITY OF LONDON.

THE EDITION OF 1710.
WITH A HISTORY OF THE CHURCH OF
ENGLAND, AND OF THE CHURCHES OF
SCOTLAND, IRELAND, AND WALES,
BY
JOHN LEECH,
CLERIC OF THE CHURCH OF ENGLAND,
AND MEMBER OF THE PARLIAMENT FOR
THE CITY OF LONDON.

*Rabab quiescens, inactiva Ægyptus, cuius nomen fuisse Rabab, prophetis frequentatum, abunde probant exempla Jes. LI: 9. Pl. LXXXVII. 4. aut: *timet ipse heros, qui fiduciam adderet.* Hoc quidem posteriori sensu verba explicuere MICHAEL DATH. Nov. Svecus Metaphrastes, נבנין in Hiphil. forma Particip. efferentes, Græcumque interpres provocantes; neque incommodè diceretur Ægyptus heros qui faceret, ut periculum cessaret, ac animos confirmaret. Qvum vero Propheta ipse allato alio loco nomen *Rabab* de Ægypto usurpaverit, atque Arabes & Ægyptii adhucdum appellant hanc regionem *Erib*, proper ejus formam piro similem, quemadmodum Græci eandem Δελτα nominare siveverunt, atque dictio ipsa חנין jubeat exspectare aliquod nomen Symbolicum, quod tabulae publicæ inscribatur, ut Jes. VIII. 1. longe probabilior est DOEDERL LOWTH. LUTH. ceter. sententia, vocabulum נבנין in Hiel pronuntiatum contineat descriptionem τοις *Rabab* (*Errib* h. e. Ægypti) *quiescentis*, ac frustra in auxilium Judæis provocandæ. Immobilis & veluti quieti commissa perstat, fortissima hæc gens, parum curans quid efflagitaverint Judæi. Prout enim omne hoc consilium procerum Judaicæ gentis, opem Ægyptiorum intempestive implorandi, plane inimicum erat Divinis per Prophetam enuntiatis promissis atque mandatis, solenniter quoque talia consilia irrita fore denunciat vates, Divnam providentiam solam expetendam exhortans, Concidit hoc etiam pacto conjectura Celeb. PAULI in Clavi, שבות רהבתם *timor eorum cesavit* legere sivadens præter syntaxin non minus, quam scopum ipsum orationis.*

Vers. 8. Pro נבנין legunt antiqui, & inter hos Alex. נבנין eis μαρτυρούσιν, in testimonium; quæ lectio utpote a serie textus inculcata, præoptanda omnino est. In sem-
S pi-

piternam futuri ævi memoriam insculpere vates iubetur: symbolicam sommi Numinis comminationem, atque testantur Hebræorum certissimi Annales, quam mirabil modo, atque velut in conspectu ceterarum gentium stupentium & quiescentium, Asyriam gentem, Senacheribode Jadaicos infestantem fines, profligaverit potentissima Dei manus. Conferatur quoque locus Deuter. XXXI: 19. 21. 26.

Vers. 17. Parallelis locis Deuter. XXXII: 30. & Levit. XXVI: 8: cum hoc loco collatis, concludit Rever. Lowth, vocabulum aliquod e textu Jelaiano excidisse, quod prioris membrivoci נָפַל respondere possit, adeoque restituendum ex citatis illis svadet רְכֻבָּה decem millia. Quo additamento, ex Alexande. interpretis auctiori ate quodam modo confirmato, hunc sensum posterius dabit membrum; *Decem millia fugient ad increpitum quinque minitantium.* Poterit tamen sine aliquo adjuncto vocabulo, sententia commode per Ellipsin intelligi & explicari, quemadmodum rite DOD. DATH. cer. suppressum omnes, & Græci jamjam πάλλοι tenuerunt: omnes ad clamorem quinorum, fugam petent. Estque hæc ellipsis τας נָפַל satis conspicua in forma נָפַל secund. pers plur. vos (omnes scil.) fugietis, quam verborum flexionem haud sine summa elegantia admisit propheta, levi perstringens ironia timidos incredulosque sui ævi homines. Similem ellipsis vid. I Sam. XXX: 8.

Vers. 19. Bina acclamatio ad populum Sioniticum, Hierosolymis habitantem, rite exprimitur in textu malorethico, nisi quod pro נָפַל in *Fut.* legendum sit נָפַל in *Particip.* ut recte monuit DOEDERL. Proinde non opus est, ut Græci interpretis auctoritate integrum vocabulum נָפַל addatur των ου, atque in sequentibus particula נָפַל cum נָפַל permuteatur, unde non modo frigida evadet promis-

missio, sed etiam parallelismo contraria. Atque vix in errorem inductus credatur Græcus, nisi dubiam ante oculos habuerit scriptionem texius, per se quidem limpidissimi. "Gens Sionitica, Hierosolymas inhabitans! non est quod lacrymas fundas — ?" Quem textum ita interpretatur allatus interpres: διότι λαὸς ἀγίος εὐ Σιων οὐκοὶ ναι ἵερασταλημέλανθρω εκλαύσεν, ελέστον με κ. τ. λ. quibus e verbis, quis sanum extorquebit sensum?

vers. 25. In stabiliendo Masorethico textu laudare hic juvat Alexandrinum, qui bene translatis verba: יְמִינָה הַרְגָּב הַרְגָּב אֶת־תְּנִשְׁאָר אֲמֹתָן וְתַלְלָא h. e. die stragis magnæ, &c — תְּנִשְׁאָר וְתַלְלָא וְתַלְלָא וְתַלְלָא quin turres corruent & disjicientur. Diem imperio Babylonico exitialem depingit Propheta, pro more poetarum satis familiari, atque suæ linguae idiotismo, qui licet verbum הַלְלָא cadere interdum de heroibus ac principibus in proelio occubentibus frequentare soleat, proprie tamen de rebus quibusquinque, e. c. turribus, decidentibus usurpat. Quare minus necessaria videtur mutatio in מִגְדָּלוֹם in Particip. Piel. de proceribus l. magnatibus, neque auctoritas Symm. μεγάλεσ, Aqu. μεγάλουμενες & Chald. רַבְבָּין tantum efficiet, ut ceterorum cum textu collabatur consensus.

Vers. 26. Pulcerimam imaginem solis septuplo nitidioris tanquam superfluam & rythmo poeticō minus accommodatam exterminare studet LOWTH, quia in non nullis msc. Alexandrinæ versionis ea non compareat, sed calculos Criticorum non omnino demeruit, quum manifestum sit, omissionem hanc quorundam codicum nihil contra veritatem texius & hebraici & græci valere posse. Hic vero habet: το φως τε ἡλιος επαι ἐπταπλασιον εν τη ἡ-

μρξα. Sol' septem dierum splendorem adunasse videbitur;
DATH.

Vers. 32. Gravissimam comminationem, in qua tan-
 topere haerent atque in diversa abeunt Interpretes, no-
 stro quidem ex sensu, illustrabimus prout grammatica
 hebraici textus sponte se offerat syntaxis & ordo. Jure
 autem primo ponimus, וְרֵב nullo modo designare posse
 Asyrium ipsum hostem potentissimum. Deo sic permit-
 tente grislantem, ut sagacissimo DATHIO, Gatakerio placuit
 hunc locum explicare, etenim וְרֵב & וְשׁ synonyma
 sunt vocabula, ad idem relata subjectum, quod in præ-
 ced. vers. apertissime indicatur; *Deus virga, baculo suo, per-*
cutiet insolentem illum hostem. וְסַרְחָה autem, utpote epi-
 theton baculi, nihil aliud sonabit quam rigidum, bene fun-
 datum, fortē, nec est insolens adeo dictio: *virga funda-*
ta, pro, firma, ut lectionem mutare in מִזְרָחָה castigatio-
 nī cum LOWTH MICH. CUB. in animum inducere opus
 sit. Quid vero כל שָׁבֵר omnis transitus significet, ob-
 scurius esset, nisi constructio horum verborum cum
 מִזְרָחָה, periphrasin quandam virgæ gravissimæ, con-
 flictum scilicet sive ictum, quo virga extendatur aut trans-
 eat in hostem, cogitare juberet, quamquam nec multum
 repugnabimus aliis Interpretibus, qui circuitum exponunt,
 præeunte Græco. εσαι αυτω κυκλοθεν. Referatur autem u-
 niverla hæc sententia, nominativo pronuntiata calu de
 Deo, ad sequentia בְּתָפִים זְכֻנְרוֹת tympanis & citbaris,
 ymoxque patebit, quem sensum vates ipse exprimere vo-
 uerit: *unaquæque plaga* (quivis ictus) *virgæ rigidissimæ,*
quam Deus supra eum (Asyrium) *admovebit, tympanorum*
& citbararum concentu fiet (corritatus erit). Prout enim
 mos veterum & recentiorum tulit, in proeliis atque
 conflictibus varium exciare concentrum tubarum & tym-
 panorum, ita etiam vates Diuinus Deum fortissimum sui

po-

popoli propugnatorem fingit sub gravissima plaga, quam Asyrio infligat hosti, jubilantium Judæorum stipatum choro. In hac vero tota imagine, quam mire hallucinetur Alexandrinus, ex hisce ejus verbis apprime patet: *εἴσαι αὐτῷ κυκλοθέν, ὅθεν ἡ αὐτῶν ἡ ἐλπίς της Βοηθείας, εφ ἡ αὐτος ἐπεποιθει, αὐτοι μετα τυμπανων και πιθαρας πολεμησασιν αυτον εκ μεταβολης.* Nec minus mirari convenit, qua via Celeb. PAULUS in Clavi h. l. ad longe aliam interpretationem de constitutione (fundatione) regiminis Dei, in populo Judaico quibusvis sub festis regalibus de novo velut confirmati, universo reclamante contextu devenerit.

Vers. 33. Non sine hæsitatione quadam conjecterat dudum Mich formam ἡθην posse tanquam Hophalicam censeri verbi ἡθη quia in Græcæ versionis accuratiori editione translata sit vocabulo *απαγγησην*. Sed inter omnes convenit, immo illustri huic Critico ipsi apparuit, maxime incommodum hinc oriturum esse sensum, quum e contrario vulgatisima interpretatio de loco illo Tophet sive Hinnom, valle Hierosolymitana ad austrum, in qua Cananæi primum dein vero Israelitæ, haud raro turpissima sacra instituerant in honorem Molochi, quem vero locum pius rex Hiskias deinceps purgaverat, apprime fictioni poeticæ conveniat. Ironice enim sistit propheta cadavera hostilis exercitus Asyrii, regemque adeo ipsum, post funestam immensamque cladem in valle Tophet exstructo ingenti rogo comburenda esse. Utrum hoc reapse contigerit, postquam Senacheribi copiæ mirabilem stragem passæ fuerint, definiri propter historiæ defectum nequit.

Caput. XXXI.

Vers. 2. Commode satis dicitur Deus non permuteare ac irrita reddere sua *promissa*, *רְבָרָיו*, jam antea per
Pru-

Prophetam genti Judaicæ impedita. Græcus quidem in Singul. translulit: ὁ λόγος, unde tamen nemo textum mutandum judicet cum nonnullis Criticis hodiernis. Multa sæpiusque repetita erant Divina promissa & mandata, quare eadem bene in Plur. num. exprimuntur, quamquam alibi aliter.

Vers. 6. Concedendum quidem est, non infrequentem esse Enallagen personæ in scriptis Hebræorum atque Jesaiæ nominatim, interim cum in una eademque sententia sive parallela dictione varietas ejusmodi inveniatur in textu, omnes vero antiqui translatores eandem referant personam, atque facilis fuerit errandi copia in deplinendis litteris ו & נ, propterea pro יְהוָה in tert. persona, forte legendum יְהוָה in secund. Græc flectit ad participalem formam: εἰ τῷ Θεῷ θελῶν θελεομένοι.

Vers. 7 Hujus autem loci enallagen, qua permutare cernitur propheta personam e tertia in secundam בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, haud sine emphasi esse, similemque Cap. I: 26. facile est ad intelligendum. Pertinet enim ejusmodi dictoris permutatio ad affectum loquentis concitatiorem, vid annot. ad cit. lac.

Vers. 8 Quam vani & infructuosi hostium forent insultos in gentem Judaicam describit propheta sic, ut universam eorum cladem non repeatat ab humanis artibus ac bellaedi perfitia sed Divina immensa potentia. Proelio ac gladio cadet Assur, non autem hominum sive hebreorum illo, sed, ut mens scriptoris tacita jubet cogitare, Dei omnipotentis gladio. Cui sententiæ consona omnino est altera. fugiet sibi יְהוָה h.e. in fugam se vertet. Mos enim loquendi & Hebræorum & ceterarum gentium, id secum fert, ut nomen reciprocum addatur verbo, ad signi-

significandam omnimodam actionem; Adeoque non audiendi sunt Critici, qui lectionem sollicitant vulgarem, ad Alexandrini & Vulgati provocando auctoritatem. Habet vero ille: Οὐεξέτε εχ από προσωπα μαχαιρας, quod licet haud incommodum pariat sensum, per se spectatum, minus tamen ad antecedentem quadrabit dictionem; gladius enim omnipotens ita Assyrium hostem & clade prosternet & terrore implebit, ut in fugam se vertere consultius ducat; quam interpretationem quoque ceterorum antiquorum testium, & maioritarum confirmat auctoritas, qui sicuti varietas quedam textus adfuisset, eandem sub lectione *keri* adnotassent.

Caput. XXXII.

Vers. 7. Quam lubricum saepius sit, veteres allegire interpres pro lectionis quadam tuenda varietate, hic quoque locus evidenter satis probabit. Quum enim descriperit propheta improbum hominem, qui tenuioris fortis homines, afflictos maxime & famelicos, crudelissimo vexaverit modo, atque pios Dei cultores malis suis contorserit artibus, addit, eum verbis suis fallacibus pauperes in judicio penitus vexare. Quis vero a scriptore tantam postulet ex studinem, ut cuivis sententiae suum adjungat verbum proprium, nec e praecedenti parallelâ dictione quidquam in sensu repeatat; atqui repetiisse certos suppresum cogitare cernitur propheta verbum חבל, in verbis: וְבַרְכֶּךָ בְּרוּ מִשְׁפָּט cum causam pauperis agat. sive in causa pauperis justissima, eum vexat. Hinc tuto colligitur, Alexandrinum non a textu aberrasse aut additamento corressisse, licet verba allata hunc in modum transtulerit: και διασκεδασαι λογες ταπεινων εν ηγεσει, unde precariam ansam nonnulli arripuere, in et grum vocabulum

lum: **לְהַפֵּר** textui restituendi, quasi ex antiquis exciderit idem codicibus. In salvo autem manente textu, vix alter eum explicare convenit, quam prout Græcus jamjam præoptavit.

Vers. 11. Otiolasam esse erisin nonnullorum, vocabulum quoddam e textu Hebraico hujus vers. scilicet deperdiūm conquerentium, easdam ob causas, ac in antea allato versiculo urgemos, imprimis vero quia ellipsis vocab. **פָּשׁ** quod **τὸν** **חֲנִינָה** superaddere placuit nonnullis, haud insveta sit in hebraismo Biblico, ut patet ex locis Jes. XX: 2 Amos. VIII: 10. Joel. I: 13. Ipse contextus & consilium orationis satis edocebit, qualis lumborum cinctura sive tristior sive lætior subintelligatur. Tristitia signum erat lacera vestis, & hanc quidem (**פָּשׁ**) interpretationi loco addidit Græcus, cum Syr. & Arab. ut rite lectionem Alexandrini ex editione Complut. cet. restituit Lowth. Nemo tamen inde textum refingendum esse svaudeat, nec opus est cum Celeb. PAULO, particulam **וְ** elidere, ut **חֲנִינָה** in nomin. forma cum **עֶרֶת** construi possit hoc sensu: *denudare vestimenta.*

Vers. 12. Quandoquidem inde a versu 9. de fœminis antea fuerit sermo, atque constructio סְפִירִים in Mascul. genere, cum **שְׁדִים** **לְבָשָׂר** ubera, insolita & nimis anomalica sit, valde se torquent Interpretes, ut sanum sensum ex his verbis eliciant. Plerique igitur textus lectionem sub mendo cubare autumarunt, levem mutationem **τος** *Schin* verbi **שְׁדִים** **ubera**, in *Sin*, *agri*, præferentes. Per errorem vero laudat Lowth antiquos translatores quasi cum *Sin* pronuntiarint; omnes enim constanter textualem scriptiōnem retinuerunt, (Græc. επι των μαζων κοπτεθε, απο αγρων επιθυμητων) & paronomasiā verborum rite obser-

servarunt. Quod ad Enallagen generis attinet, dudum monuerunt GLASS & DATH in Philolog. S. eandem non esse Scriptoribus Sacris vitio vertendam, sed ex pristina libertate dicendi arcessendam, quum in ipsa lingua Arabicæ frequentes sint ejusmodi, non modo in pronominibus verum etiam in verbis conspicuæ, generis permutationes. Exempla hujus hebraicæ syntaxeos vid. ap. Glasf. cit. l. p. 161 sequ.

Ver. 19. Variam nec inelegantem adnotasse juvabit Alexandrini explicationem versus difficillimi: ἡ δὲ χαλαζὴ εὐν κατεῖ, εἰς τὸν υπερ τῆς οὐρανού, καὶ εγουται οἱ κατοικεῖντες εν τοῖς δρυμοῖς πεποιθότες, ὡς οἱ εν τῇ πεδιᾳ. Quid autem leggerit in textu, aut quomodo ad hunc sensum pervenire potuerit, ne conjectari quidem potest, multo minus ejus vestigijs inhærendum est ad corrigendum textum, quem satis ambiguū aut dubia scriptione corruptum, pro suo ingenio interpretabatur, omnem verborum compagem ad Judæos restringens. Nec multum abludit Celeb. PAULUS, qui hunc sensum e textu extorxit: *man wird die Städte anlegen, wo man fruchtbare Thäler und Küblung aus den Wäldern hat.* In confessio autem est, vocabulum בְּרֵי minime in bonam accipi posse partem de fertilitate ac refrigeratione terræ, quum horridam tempestatem utplurimū innuat, atque לִפְשׁו constanti idiotismo depressionem, humiliationem significet; quare de hostibus Judaici nominis necessario erunt explicanda. Ubi enim læta omnia ac hilaria aguntur in gente Judaica post devictos suos hostes festa, tristissima hos superveniet grando, totam devastatura regionem sylvestrem, immo urbs insolentissima, Babylon scilicet, in ipsa planicie depressa eversaque jacebit. Ut enim contraria contrariis maxime illustrantur, sic lætis futurorum temporum spectaculis, inspergit propheta tristem Babylonicas civitatis scenam ruinamque.

Capit. XXXIII.

Vers. 1. A textu Masorethico adeo aberrat Græca versio, ut quamquam in testimonium migrandæ lectio-
nis minime possit adhiberi, operæ tamen pretium fuerit
discrepantias ejusdem ipsis suis verbis adnotasse εσαι τοις ταῖς
πρωτεστοῦσιν ὑμαῖς ὑμαῖς δὲ οὐδεῖς ποιεῖ ταλαιπωρεύεται, καὶ ὁ αἴθεται
ὑμαῖς εἰχει αἴθεται; αἴλασσονται ὁ αἴθεταις καὶ παραστημένονται,
καὶ ὡς σὺς εφι ματιά, ἔτως ἡττηθεσσονται; Ne augurari qui-
dem tuto licet, quid & quomodo verba textualia sibi de-
picta habuerit nisi forte בְּלִי consumentem, de tinea &
כָּנֶל de veste intellexerit. Confirmatur autem hypothesis
antea allata, codicem, quo usus fuerit Alexndrinus, Græcis
exaratum fuisse litteris, unde tanta exoriri diversitas ver-
borum acensus longe faciliori via potuerit; nec enim
semper negligentiæ & summae oscitantia accusandus erit
quum in multis aliis locis preso pede textum sequi cer-
natur; non vero habet textus hujus loci quod tantisper
scrupulos movere possit, nisi forma כָּנֶל, in qua Græ-
cus imaginem tineæ sibi finixerat, Chaldaeus autem cum
Syr. & Vulgat. radicem בְּלִי jure posuerunt hoc sensu:
quando defatigatus fueris, ἵταν πονιατην αἴθεται Symmach.
atque sic optime exprimitur affectus loquentis & univer-
si contextus consilium. Legendum ergo sine dubio
כָּנֶל אַתָּה, addito נ radicali, quæ littera sapienter in manu-
scriptis elisa deprehenditur propterea, quod ex quiescenti-
bus sit. Insolentissimus Asyrius hostis inducitur a Deo
increpitus severissime, quod sine ulla causa atque impu-
ne regiones vastaverit bene multas, defatigatus autem &
desiens grassari, ipse cogatur aliquando adversam expe-
riri fortunam. Non possumus ergo conjecturæ Capelli
ceteri, adstipulari, pro tuenda radice בְּלִי & lectione כָּנֶל
per-

perfecta perfidia, DED. quamvis sententiam peropportunam
inde suboriri faciles largiamur, multoque minus cum PAULO
verbum, Hebreis inusitatum, Arabibus vero frequens
tradere huic adaptare convenit loco: *quemadmodum temet*
tradidisti, consecrasti perfidiae. In infinitum enim cogere
ac excogitare novas hypotheses & conjecturas, nec in con-
suetis aut familiaribus usuque tritis subsistere, sed omnia fin-
gere subvertere, corrigere & immutare, ubi opus mini-
me sit, non est cautii interpretis aut modesti critici.

Vers. 2. Cum Antiqui fere omnes legisse deprehen-
dantur **רָגַע** cum affixo I. pers. pl. non autem in 3. pers.
cum textu **מְלֹא**, atque haec antiquior lectio in ipso sensu
fundamentum habeat atque parallelismum exprimat, tanto
magis eam præferendam ducimus textuali, unde nul-
lus fere sanus elicetur sensus, quanto certius sit in, msc. co-
dicib. **ו** & **ז** saepiuscule permutari. Alexandrinus haud
inepte dedit: *εγενετο το σπερμα των απειθευτων εις απωλειαν*,
sed est merum interpretamentum, ejusdem generis &
fontis, cum versu præced. Parallelas dictiones quis non
animadvertisit: *cisto nostrum auxilium* (brachium) *quotidie,*
nostraque salas in angustia tempore.

Vers. 3. **רָגַע הַבְּ** *præ sono strepitus* h. e. *fortissimo*,
claram admodum dat intelligentiam, adeo ut præter ne-
cessitatem sit, cum Alexandrino & Syro legere **רִים**. *δια*
φονη τε φοβε. Dubitatur vero jure utrum Interpretes no-
minati aliter in textu legerint; strepitus enim quivis cum
terrore conjunctus est.

Vers. 7. Insigni licet additamento Græcus textum
hujus versi videatur interpolasse, his quippe verbis **ιδε**
δη εν τω φοβε **νύμων** **έτοι φοβηθησονται** **έτι εφοβειτε**, **βοησονται**
άφι **ιμων**, quorum nullum est in hebraico codice vesti-
gium; in ceteris tamen haud absone explicuit difficilli-

mam formam מְרַאֲתָהוּ מִן־הַמֶּרְאֶת; atque non tam ejus ex auctoritate, quam potius ex hebraico usu vocabuli לֵבָבָנָן cui responderet Arabica dictio *leo Dei*, immo quoque ex parallelismo fatis perspicuo, optimam censemus hanc interpretandi rationem, sive de *heroibus*, instar leonum fortissimis exponatur, sive de *legatis* & *nuntiis*, qui scilicet missi fuerant a Rege Hiskia ad irruentem Senacheribum, ut pacis conditionem peterent & effligitarent, quos vero Asyrius hic rex duriter admodum a se dimittebat. conf. Jes. XXXVI. 11. Posteriorem hanc vocabuli vim jure prætulit DODDERL. *En*, *legati publicos clamores eient*. Universa sententia ad parallelismi leges relata optime se tuebitur, nec obscurum erit, intelligere qui factum sit, ut legati in primis nominentur heroes; quum je contrario difficultius erit, de ipsis heroibus in Judaico exercitu explicare, qui summa pressi obsidionis angustia in clamores erumpere dicerentur. Neque tamen dissimulandum est, posse etiam hoc epitheton heroum in ipsos hostes Asyrios, quasi clamorem bellicum edentes, quadrare, nisi cum idiotismo hebraici sermonis convenientius sit, פְּנַנְנָה de lugubri sive calamitoso calamore, planctibus expnere, quemadmodum synonymum vocabulum בְּכָה flexiblem exprimit vocem. Quocunque autem explicetur modo, certum est, mutatis punctis legendum esse מְרַאֲתָהוּ, cuius singularis לֵבָבָנָן conspicitur Jes. XXIX. 1 de Hierosolymis. Aliter distingendam vocem in אַרְאָתָה apparebo illis dudum multi ex Antiquis censuerunt, quos sequitur PAUL, sed diluta adeo & poeticæ constructioni ini mica est hæc ipsa hypothesis, ut ne adferri quidem me reatur.

Verl. 9. Elegans est profopopoeia rugientis montis Basanitici & Carmelitici; strepensibus enim armis hosti um

um & undique concurrentibus bellicis turmis, horribili rugitu personant hi montes, summam quasi præsentientes vastationem. Verbum נָשׁוּ cum עֲרֹתָה, עַזְבָּה vel שְׂרָבָה permutasse videtur Alexandrinus, in vertendo: Φανερος εσσι γαλιλαια; quem sequitur Lowth, hoc sentit: ornatu suo orbata, nudata, frustra autem lectio recepta sollicitatur, manifestum præbens contextum & cum idiotismo hebraici sermonis congruens. נָשׁוּ quippe ex origine sua & onomatopoia valet: rudere, obbrutescere, unde generalior notio *vastationis*, *conclusionis*, quam Chald. Syr. Kimchi, ac multi recentiorum propter parallelismum verborum אַכְלָל, לְמֹד cert. adoptarunt. Alii autem ad Arabissimum præter necessarem configuentes, novas intulerunt significaciones. In tanta autem non modo Interpretum disensione vetum etiam notionum diversitate, consultus sine dubio erit, & ad prolopopoicum dicendi genus accommodatus, primam verbi premere notionem *rudeundi*, neque omni probabilitate hoc nobis videtur destinari, ex ipsa rerum natura judicantibus. Balaniticæ enim silvæ montanae latissima uberrimaque præbuere animalibus pascua, & passim laudantur in scriptis Hebræorum Balanitici tauri utpote ferocissimi, & pinguissimi; Hinc ergo totum Basanem montem & Carmelem commode rudentem sistere potuit Propheta, ut innueret universos greges armentaque horum montium præ vastatione ingruente, horibilem edere clamorem. Rudere vero proprium est cornutis animantibus, ergo quoque per fictionem Poericam Basani & Carmeli tribuitur.

Vers. 21. Planissimus est sensus, textusque certe incorruptus. Nunquam dimovebitur Hierosolyma, sed erit ibi יְהוָה summus Jehova potentissimus, versabitur in Sionem Deus, eumque proteget. Graecus autem cum Syro legisse videtur οὐ τὸ ἔργον τοῦ κυρίου, quod præfert Lowth

sine urgente necessitate. Quamquam enim magno cum fructu multis in locis adhiberi Græca poterit versio, ad eruendum verum Hebræi textus sensum, non tamen majoris facienda erit, quam ipse textus originarius, qui debita descriptus circumspectione, atque minori errandi expositus periculo, longe facillimam saepius profert ideam seriemque Scriptoris Sacri; Conjectandi vero ubi semel insolentius grasiari incipiat licentia, quis finem faciet. Neque tamen nos omnem proscriptam volumus conjectandi libertatem, ut quippe uberior ex pluribus sententiis veriora eligendi detur matieres, sed modus in omnibus tenendus est.

Vers. 23. Pro תְּרֵנוּ cum affix. 3 pers. Alexandre. & Vulg. videntur legiſte תְּרֵנוּ cum aff. 2 pers. sing. וְעַשֵּׂנָה, & particulam negativam נֹה expressisse, sed vero docente KOPPE ad h[ab]il. nihil omnino desideratur, neque opus est personæ mutatione, si modo teneatur תְּרֵנוּ funes tui esse nominativum calum, ad quem verba יְשִׁבָּה, יְחִזָּק & פֶּרֶשׁ una cum תְּרֵנוּ referenda sunt. Sensus: funes tui remittent vim suam adeo, ut non amplius malum nauticum sustinere possint.

Caput. XXXIV.

Vers. 12. Quanquam a Masorethico textu non omnino dissentiat Græcus, sed proxime eum eo conveniat in explicanda forma difficillima תְּרֵין, hic tamen breviter adnotetur consensus, ut pereat suspicio, quam textui utpote mendoſo injicere recentior crisis nonnullorum voluerit. Atque ad oculum patet, docentibus DOED. ROSEN. KOPP. MICH. cet. parallelismum esse exactum verbo-

borum בְּנֵי־הַמֶּלֶךְ & בְּנֵי־שָׁוֹר Principum, optimatum; nec difficile est, sensum ipsum exquirere hujus versiculi, qui ita prodibit. Optimates ad regnum frustra vocabuntur capessendum, omnesque Principes nulli erunt. Nobiles vocantur ad regnum b. e. ex regia illustriori familia orti exquiruntur, ut imperii curam in se suscipiant, sed nemo talis, erit (ad est) Omnes interfecti sunt, nec ullus superstes. Græcus ira effert: ἡ αρχοντες αὐτης εγκεισται, οἱ γαρ βασιλεις και οἱ μεγιστευεισ αὐτης εποοει εις απωλεισ. Verba מִלְכָרְאָיו aliter quidem explicuit, sed haud incommodo; Proinde nulla justa est causa cum Rever. Lowth, nomen תְּרִיהָה ad præcedentem verbum relegandi, Ievi facta mutatione in תְּרִיהָ, quod quidem depresso locum significare poterit, quemadmodum Jerem. XVII. 6. hoc autem loco minime quadrabit, in quo parallelismus jubet aliquod tale cogitare nomen, quod Principis personam denotare possit. וְנִזְמָן origine, candidum, album, hinc in Arabismo Korani de discipulis Christi usurpatum, ad Principis dignitatem jure refertur; Atque sic plerique ex antiquis.

Vers. 17. Alexandrinum allegat Doed. atque Lowth pro mutanda lectione נִזְמָן in תְּרִיהָ ὁ πυριος αυτοις εντειλαστο, και το πνευμα αυτες τυνηγενει αυτα. Sed dubium maxime remanet, utrum aliter legerit Græcus, licet Ieronomen נִזְמָן ex Hebræorum Vatum more Emphatico sumat sensu de Deo; confer. Deut. XXXII 39 Jes. XXXV. 8. Præcesserat jam antea nomen Jehovah, in verbis וְנִזְמָן סְפֵר, quare in subsequentibus haud inepte subintelligi poterit,

Caput. XXXV.

Vers. 2. Pro eo, quod in textu legitur נִזְמָן Iætabitur, Græcus cogitasce videtur nomen Jordanis fluvii, He-

Hebræis יְהוָה; nec dissimulandum est, commode hunc fluvium posse cum ceteris nominibus montium adscisci ad gaudia illa festiva celebranda; interim tamen cum totum hoc interpretamentum ceteris Interpretibus inauditum sit, textusque eodem carere possit, non est quod Maforethica lectio sollicitetur:

Vers. 8. Male & sine textus consensione Græcus רַבָּה לְשׁוֹן חֶלְקָה ita ex conjectura transtulit: εὐερετοὶ ὁδοὶ αναθετόσ, quum tamen textus ipse elegantissimum hunc inferat sensum: *Ipse ille* (h. e. Deus) *præbit bos in via*, lucis instar ducet omnes in rectam viam. Quin haec, ut multa alia in scriptis Propheticis, Messiana tangent tempora, sobrius nemo dubitabit.

Caput. XXXVI.

In constituendo textu hodierno hujus & sequ. Capitum, historiam expeditionis Senacheribi contra Judaicum imperium regemque Hiskiam continentium, dissentunt Critici maxime eam ob causam, quod tota hæc historia totidem fere verbis, sed paululum immutatis legatur II Regum XVIII sequ. & II Chron. XXXII. veteres autem translatores videantur textum Jesaiæ ex parallelis locis aliquantum correxisse; quare etiam medicam velut ad moverunt manum hodierni sagacissimi viri ad extiorum convenientiam utriusque loci obtinendam. Hinc factum est, ut quod vers. 5. hujus Cap. legatur: אֲמִתָּה in Prim. persona, nec incommodè, ex II Reg. XVIII. 20 in אֲמִתָּה secund. pers. quam Syr. & Alex. expressit, emendare studeant; vers. 7. הָאֲמִתָּה in singul. num. ad pluralem חָאֲמָרְנוּ ex Alexandr. Chald. & parall. Regum libro flectant; vers. 19. copulativam particulam וְ ex eadem de